

rint. Sane, tot tantisque mace-  
rationibus corpus asperatum, squa-  
lidum, siccisque radicibus haud  
absimile videbatur. Sub inde haud  
mirum, egregia quod laude ca-  
stitatis floruerit, instituendisque  
Virginibus à Deo mirabiliter de-  
stinatus, carnis illecebras fugerit,  
astusque domestici ac fallacissimi  
hostis devicerit.

57. Orandi studium cùm à  
puero coluerit egregie, ad ulti-  
mam usque duxit èstatem, statas  
que sibi horas pro cœlestium me-  
ditatione constanter servavit, à  
decima noctis usque ad undeci-  
mam, & à quarta ad quintam ma-  
tutinam; tametsi adeo illi fre-  
quens fuerit ea, quam à tene-  
ris divitus acceperat, contempla-  
tio, ut diu noctuque Deum co-  
gitaverit ac divina, cœlo etiam inten-  
tentus varijs semper implicatus  
negotij curisque multiplicibus,  
pro carpm, quas gessit, Dignita-  
tum & Ecclesiarum sacris mu-  
neribus: multis sèpe lachrymis  
madidus, tantisque afluens cœli  
delicijs, ut obrui eis videretur  
haud semel. Nec propterea defo-  
lationibus caruit acerbis, dura-  
passus cruciamenta illa, quæ ac-  
ceptissimis sibi probandis, even-  
hendisque ad altiora charismata  
permittit Deus. Tentationes ex-  
pertus dæmonum, utique insignes,  
pro imperio etiam cum illis  
agebat. Conquesta forte Sancti-  
monialis, quod multis à tetro ge-  
nio technis infestaretur turbare-  
turque animo, dum vacare spiri-

trualibus exercitationibus vellet,  
injinxit Noster uti ad se mitte-  
ret nebulonem. Cum ecce scri-  
benti, quam è suggestu Academi-  
cis dictatorius erat lectionem, si-  
stitur cocodæmon: quem cum  
ille despiciatui haberet, Dei no-  
mine jubet, ut in cubiculi angulo  
exspectet, donec ipse ad extremum  
paginam ducat. Volens nolens ob-  
secundat vaferimus, objurgatus  
que dein, tunc demum abscessit,  
cùm ipsi ille imprecatus fuerat, ne  
feminam, quam toties molesta-  
verat, rursus offendere: nec por-  
rò infestare illam fuit ausus in  
posterum.

58. Humilitati addictus latere  
sibi constituerat à juventute, de-  
clinareque honores studijs suis &  
laboribus pares: quies & si non se  
subduxerit, Dei ut voluntati fa-  
ceret satis, imò majores quotidie  
inicrit ascensus, divinâ illi Provi-  
dentia viam sternente, ut ad cul-  
men veniret Archiepiscopatus Me-  
xiciei; se tamen hæc inter nihil  
faciebat, in delicijs habens sordidis  
in Valetudinario ministrare  
pauperibus, flocci nobilitatem, di-  
vitas, plausus, terréna quæque fa-  
ciens, & quæ à Dei beneficentia  
acceperat dona insigniora ita tege-  
re studens, ut vel ipsos conjunctos  
lacerent & familiares, à quibus cù  
omnibus caveret, vix assequi po-  
tuit, ut non multa observarent &  
nossent. Patriam ingressus Ar-  
chiepiscopatus dignitate fundatu-  
rus, tota quamvis illa in latitudine  
efussa ubique visa fuerit gestire,

tripudiare, lo que reperere; fassus  
ipse tamen ingenuè est, seu Con-  
fessorio, seu amicissimo, nullum se  
isthac movisse cogitantem, dum  
curru veheretur, nobilibus popu-  
latibusque stipatus, iustare mor-  
tem, funus non longè abesse.

59. Ut est autem animi demil-  
sionis mansuetudo conjuncta, tam  
fuit ille miti lenique conditione,  
ut etiam corrigeret pro munere  
fontes, obfugationem, quantum  
sicer posset, condiret, haberetque  
in ufo, quod frequenter in ore,  
opportere absque strepitum agere in  
his; ut propterea cunctis fuerit  
acceptus, non Mexici tantum, sed  
Angelopolis & Goaxacæ, qua de se  
de promotum omnes ad unum  
ejulatibus, lachrymis, & id gen-  
us alijs doloris signis sunt pro-  
sequuti.

60. Primas in hisce omnibus  
charitas in Deum Proximosque  
tenebat. Quanto in Deum amo-  
re flagraret, conjici inde potest,  
quòd ejusdem deditus contempla-  
tioni, unum illum in omnibus  
cogitaret & coram haberet, cui  
que sumptibus cibos, pharmaca,  
Medicos, Chirurgos, & quidquid  
pro illorum opus erat valetudine  
& auxilio, illis supeditavit. Epis-  
copus, Archiepiscopusque inaugu-  
ratus, multo effusus liberalita-  
ti in egentes indulxit, Ecclesiasti-  
cos redditus in eos conferens &  
Dei cultum, quibus cōsanguineos  
suos diteſcere nunquam permis-  
fit.

L

que sanctum haberci, furto haud  
absumile esse Episcopum aut Cle-  
ticum superflua non pauperibus  
erogare, neo necessarijs tibi para-  
cebat. In publicis præcipue cala-  
mitatibus ejusdem charitas & mi-  
sericordia resplenduit.

61. Anno 1629 aquarum elu-  
tionem patiente Mexico, multos  
ille egenos in suburbis latentes,  
vixque non immersos, delata alii-  
moniâ curavit; cùmque conqui-  
rendi gratia panis pro Virginibus  
Carmelitis, quibus tunc præcerat,  
quotidie in Oppidum tria milia-  
ria ab Urbe distante, Tacubaya,  
pergeret; pauperes circum illud  
degentes, & in itinere mane op-  
perientes, ipsum ut conspicabantur,  
in clamabant, gestibantq gran-  
tulantes sibi de pane, quem liben-  
tissime largiebatur. Archidiaconus  
eo tempore Angelopolitanus, quo  
sevissima pestis Indos invaserat,  
quos publica Xenodochia capiebat  
minime, amplam ipse domum in  
Valetudinarium erexit, ubi cor-  
reptos hue plurimos adduxit, suis  
que sumptibus cibos, pharmaca,  
Medicos, Chirurgos, & quidquid  
pro illorum opus erat valetudine  
& auxilio, illis supeditavit. Epis-  
copus, Archiepiscopusque inaugu-  
ratus, multo effusus liberalita-  
ti in egentes indulxit, Ecclesiasti-  
cos redditus in eos conferens &  
Dei cultum, quibus cōsanguineos  
suos diteſcere nunquam permis-  
fit.

L

clam

clam petentibus, subfidia in mensa, in hebdomadam assignabat; trecentis quotidie pauperibus ad meridiem panes tribuebat: multo quam longissime pluribus minutis ex argento monetas singulis feris sextis ad januam venientibus conferebat, passus nunquam inopes sibi desolatos. Quandoque deficientibus nummis, & pretiosis mobilibus, pauperem bonis tantum verbis datis dimisserat. Sed statim revocavit pannorum, & ablato peristromate de pariete, nec nudum, nec vacuum pergitre iussit. A Sede Goaxacensi Mexicum venturum ut comitarentur, cō se contulerant Canonici Mexicanii duo, Capituli nomine gratulantes. Prälato, urbanissime obsequentes, atque ut viaticum abundans, & quæ illi cumque necessaria esent suppedarent, aliquot argenti cusi millia in promptu & numerato esse dixerunt: Nec ipse moratus, duo millia pauperulae moniali, ut dote completâ, se Deo consecraret, illico destinavit: huic pro viâtico nummos, alteri pro vellitu hand paucos dedit, ut propterea Deputati Mexicanii festive dixerint, oportere Archicpiscopum, domi recludi, ne, si ita pergeret, omni destituti viatico cogerentur longum iter arripere. Sanc. Dignitates postquam redditibus copiosas multos obtinuit annos, duasque rexit Ecclesias opibus scatentes, tam omnibus destitutus ē vivis excelsit, ut vix geminam subculam,

varouci animo, dum vacare ipsi-

totidemque sindones in extremis habuerit, viceque argenti & ample supellectilis, cilicia, flagella, aliaque affligendo corpori, ē ferro, chalybe, cuspidata, conspersa que sanguine in scribiis inventa fuerint.

63 His, alijsque latentibus nos heroycis virtutum exemplis, eximiam Sanctitatis famam ad posteros transmississe mirum non est, multisque ipsum laudasse, ejus qui memoriam in scriptis fecerunt, quos inter ex nostris FR. BALTHAZAR DE MEDINA, in Chonicis Provinciæ S. Didaci Mexicanæ fol. 240, col. 1. FR. AUGUSTINUS DE BETANCURT, in Chonicis Provinciæ S. Evangelij, cuius ad calcem adjectus est Tractatus Urbis Mexicoæ p. 18. n. 86. P. FRANCISCUS DE FLORENCIA, in Historia Imaginis SS. V. Deiparentis de Guadalupe Mexicanæ fol. 86. n. 178. & fol. 122. n. 240. D. CAROLUS DE SIGUENZA, tum in Paradyso Occidentali fol. 151. n. 374. tum in Triumpho Parthenico fol. 87. ubi Nostri vitam se scripturum promittit, quam tamen nullibi adhuc invenire potuimus. CHRISTOPHORUS BERNARDUS DE LA PLAZA, in Chonicis Universitatis Mexicanæ, quæ MSS. assertantur in ejus Tabulario lib. 5. cap. 7. num. marginali 89. Ex Europæis FR. EMMANUEL A S. HIERONYMO, tom. 6. Historia Reformationis Carmelitarum lib. 26. c. 28. n. 3. D. SALVATOR SYLVESTER DE VELASCO ET HERRERA, in

Sca-

Scalâ mirabili, seu Vita S. Petri de Arbués, in Nuncupatoria Collegio Majori Mexicano Divæ MARIAE & omnium Sanctorum, quo loci citat in margine p. 5. ad calcem, post SIGUENZAM in Triumpho Parthenico, ROSAL in Vita nostri, quam scripsisse BARTHOLOMÆUM DE ROSALES compertum habemus, allatamque in Hispaniam, ut typis mandaretur, deficientibus pro editione sumptibus, manuscriptam ad nos rediisse, quam multisquis conquestis laboribus videte hactenus non valuimus: habemus tamen præ manus aliqas ad ipsum ROSALES datas Epistolas conserbendas Vitæ occasione, à quibus non nulla usi nobis fuerunt in presentiarum. In eis porrò mentio fit etiâ Epistola scripta à P. MICHAEL DE GODINES, eximio Thologo Mystice Professore, Societatis JESU, de Nostri gestis secretioribus, soleque forsan sibi notis, quod Alphonso ab intimis fuerit consilijs, & sacris confessionibus, & hanc credimus Epistolam coram habitam à memoratis supra Hoyos, et SILES Nostri elogia testentibus in Orationibus impresis Mexicanis, una cum obitus narratione, apud Viduam Bernardi Calderon 1666.

64 Alia ejusdem P. GODINES Epistola ad Nostrum data assertur à P. EMMANUELE IGNATIO DE LA REGUERA, Societatis JESU, in Notitia vitæ ipsius P. GODINES, praefixa tomo priori grandis Operi

ris Romæ editi apud Antonium de Rubeis anno 1740. cui titulus *Praxis Theologie Mystica, &c.* seu Commentaria eruditissima in Opusculum celeberrimum de Mystica Theologia à P. MICHAEL DE GODINES, Mexici scriptum. Atqui prætercundum non est, quod memoratus P. REGUERA, Theologus Hispanus egregius, ibidem Nostro textis elogium inquietens: Ilmns. & Rmns. D. Ildefonsus de Cuevas Dávalos, prius Episcopus Oaxacensis, mox Archiepiscopus Mexicanus, vir extraordinarie virtutis, & singularis perfectionis fama notus in illis regionibus: putatur esse ille, de quo suppresso nomine loquitur Author (Godines) lib. 9. cap. 11. penultimo loco: & ad quem suam Epistolam dirigit, de qua mox:

65 Locus autem ille penultimus cap. 11. lib. 9 sic habet latine apud ipsum P. REGUERAM, posteriori pag. 560. citati Operis editi Roma anno 1745. Annos ultra quinque supra virginem (inquit P. Godines) cum alio communicavi spiritu, qui dono contemplationis infuse prædius erat, dono actualli miraculorum, luce prophetica, summa penitentia dono & mortificationis, magnos inter raptus, favores & lumina divina: & cum publico manere teneretur, cuius causa sericos, & bolosericos induitus, cum doctis & indoctis, cum amicis & inimicis, cum domesticis & cognatis agebat; nemo ullus (præter Patrem) spirituale, cui nota erat ejus anima plusquam pro bono quodam Christiano illum habuit.

O raram humilitatem! sed rariorem prudentiam, & rarissimam simulacionem, quæ per annos ultra sex supra triginta potuit tales occulere gratias, quin unquam nisi soli Deo, & Patri spirituali, alicui mortalium innotescerent. Haec tenus vir gravissimus.

66 Et ne hoc diffimulemus, ægre patimur Alphonsi res omnes poenitus latuisse oculatissimum CARDINALEM DE AGUIRE, cujus eruditio eximiâ, incomparabilique labore Concilia Hispania omnia, & America fere cuius bono in lumine collocata auspiciatissime fuerer. Debemus Eminentissimi calamo purpurati, post Acta Mexicanii Concilij postremi, Catalogum Præsulum Ecclesiæ Mexicanæ, quorum meminerat AEGYDIUS GONZALEZ, in suo Theatro, quibus Cardinalis ipse eorum monumenta adjecit, quæ Romæ habuere potuit, ijs misis nominibus quorum rescribere gesta nequivit, uti conceptis verbis testatur tom. 4. p. 415.

67 Noster Theologica quavis scripsiter plura, quæ suis in Gymnasio auditoribus instillavit, comparent nulla, & quæ fuerint illa nescitur, quod id temporis non dum moris fuerat Academici, ut novis deinceps statutis cautum est ab anno 1668. in Archivium scripta ab Antecessoribus reponi, & in Libro pro notandis Lectiōibus destinato singularum Titulos & Authores inscribi. Edidit idiomatico hispano

Juridicam Allegationem:

A se elaboratam cùm Archidiaconum ageret Ecclesie Angelopolitanæ, diebus aliquet, quos à publica in Choro Officij divini recitatione abstinuit, ob causas in ejusdem Operis procemio relatas. Porro, quantum fuerit versatus in jure Canonico, atque in Theologia doctus, Opus hoc exhibet, excussum, pro illius temporis usu in his Allegationibus imprimendis, tacitis Typographi nomine, & loco editionis, anno 1651 in folio. Exstat tom. 45. Collectionis D. LUDOVICI DE MENDOZA.

Aliam à se editam Juris Consultationem in eundem collimatam scopum, Author in praedicti ipse testatur, quam haec tenus nobis invenire non licuit.

Edidit etiam patrio itidem sermone

*Funebrem declamationem in obitu Catholice Hispaniarum Regina Elisabeth Borboniae,* à se habitam Angelopoli, ibidem typis Emmanuelis de los Olivos 1645. in quarto: Quæ ingenium viri solidum prodit, nec sine acumine, gravem eloquentiam, Sacrorumque Bibliorum ac Patrum eruditio nem minime vulgarem. Exstat inter curis nostris compaginas in 4. tom. 26. Scimus scriptisse dictos à se è sacro suggestu plures

*Sermones panegyricos & morales;* An vero sint alicubi, an omnino perierint, definire non est in animo.

68 M. FR. ALPHONSUS DIAZ

DE PRIEGO, Natione Mexicanus; Patriam sortitus est Angelopolim, Patresque clares sanguine: Illum S. Dominici Ordinem Prædicatorum in Patriæ Conventu professus, postquam Philosophiam suis & Theologiam alumnis explicauit annos ejusdem Ordinis statutis præscriptos pro his qui Magisterij coronandi sunt infulâ, Magister jure fuit auguratus: Quem etiam assecutus honorem in Regia ac Pontificia Universitate Mexicanensi, ad Cathedram Angelici Doctoris in ea regendam Proprius Moderator allectus est: Cùm verò ea demum tempestate Angelopolitana à Mexicana S. Jacobi Provincia divisa fuerit, concessaque Angelorum Provincia altera in eadem Academia pro tradenda doctrinâ S. Thomæ Cathedra, quæ Vespertina forer, Primariâ manente quam jam diu Mexicana Provincie Alumni tenuerant; Noster Primarius S. Thoma Antecessor fuit habitus. Illustrissimi Collegij Dominicanî de Porta-Cali, quod & antiquitate & Privilegijs, &c., quod potius est, sapientia Alumnorum & probitate Mexici fulget, Seminariumque est fecundissimum Philosophorum juxta ac Theologorum Jacobæ Provinciae, studia rexit. Egerat Vicarium Familia suæ ditionis Mexicanæ, non dum, quam mox dimisus, divisione secutâ. Inter probatissimos S. Inquisitionis Centiores à Supremo Hispaniarum Consistorio Fidei meruit adscribi:

Nec tot sine laude gessit injuncta sibi munera, doctrinâ conspicuus atque pietate. Quæ in Sanctum Thomam scripsit Commentaria annua nominare nobis non licet desitutis notitia, pro illius temporis, quam nuper dicebamus, incuria: qua non absimiliter præpediti multas, quas in theatris gravissimis habuit, Conciones prætermittimus, his contenti, quas præolo datas scimus, sunt porro:

*Oratio panegyrica in funere Hispaniarum Regine Catholice Elisabeth Borboniae, ipsi parentante S. Inquisitionis Mexico Confessu.* Mexici, ex Officina Joannis Ruiz, 1645. in quarto.

*Oratio de SS. Eucharistie Sacramento, eidem Apostolico Tribunal nuncupata.* Mexici, Formis Viduae Bernardi Calderon 1657. in quarto. Prima exstat tomo 26; altera tomo 66 Collectionis nostræ in quarto.

69 ALPHONSUS DE ENA, Mexicanus Domicilio, utrum Natione Patriaque incertum: vernaculo Hispanorum idiomate publicavit *Descriptionem adverbialem solemnissimam pompa è Sanctuario suo, reducere que pars supplicatione Imaginis Deiparentis, titulo à Remedijs sumpto, novem milliaribus prope Mexicum cultæ.* Mexici ex Typographia Joannis Ruiz 1668. in quarto.

70 FR. ALPHONSUS DE ESCALONA, Natione Hispanus, ortus est in sui agnominis Villa prope Toletum celebrissimam Urbem, natusque, postquam pa-

AL

trium deseruit solum, longum ad mortem usque Mexici domiciliū. Ordini S. Francisci adscriptus in Provincia Novæ Carthaginis, summis ab initio decrevit perpetuum Deo agere famulatum, à quo nunquam in ætate bene longa deservit. Operam dabant audiendæ Philosophiæ in eo ipso Cœnobio, ubi Religiosum induerat habitum, cum ad strictiora vocari advertens animo, alium ejusdem Provinciæ Conventum petijt annuentibus Superioribus, in quo orationi virtutumque exercitijs totus aliquibus annis incubuit, donec auditis recens detectis ac subjugatis Mexicanis, quos penes innumeros pauci admodum Apostolici operarij degebant, qui eorumdem curarent ad Ecclesiam ingressum, illuc convolare secum statuit, & porro facultate Prælatorum, anno 1531. in Novam Hispaniam accedit.

71 Se ut idoneum edocendis Indis Ministrum redderet, eorum à primis rudimentis idioma perdiscere incepit, securusque fuit admodum feliciter conatus, juvante ipsum memorâ, qua tenacissima in retinendo prædictus erat: tanto quidem successu, ut non multo post Sermones vernacula Mexicanorum lingua conscriperit, qui eorumdem Magistris in Fide & Pietate usui fuere primum, deinde etiam Goatemalensis, in quorum idioma translati Prædicatorès Evangelicos egregie juvarent. Tlascala Urbe in Nova His-

AL

pania tunc quidem amplissima, & etiamnun clara (& inde eximia laude digna, multisque à Catholicis Regibus aucta honoribus, quod Ferdinandus Cortesio, inclito Belliduci, ubi post cruentas congressiones adhæsit, fidelissima hæc tenus, Hispanisque addictissima fuerit) pueros fere sexcentos singulis diebus destinatis horis in ludum litterarium trahebat, quos legere, scribere, & Christi doctrinam canere etiam docuit accuratissime, magno Religionis emolumento scilicet à pueris ad adultos facile propagantis.

72 Quod vero prudentiam industriamq; in gerendis rebus minime vulgarem Prælati in ipso dignoscerent, eundem Novitiorum initiationi præfecerunt non semel, & optimis quidem Familiaj emolumentis, que multos frugiviros religiosissime educatos ab illo suscepit, ministerijsque aptavit varijs: Praefecturas etiam Monasteriorum gesit multas, nec semel Definitoribus adscriptus, qui una cum Provincia Præside pro rebus ejusdem omnibus accurandis sunt constituti. Quamquam tamen Provincia hæc, dicta a S. Evagelio, quod latissime in America Regionibus publicavit, eximo innumerabilium fructu animalium, ejusmodi dedicata muneri, tam efficit austeram, ut observantioribus non concederet; veritus Noster, ne in multitudine Religiosorum, qui augebantur in dies, rigor ille primitivus repecebat, & pauperitas, cuius erat cul-

M  
tor

AL

tor eximus, paululum declinaret, novam meditatus est & agressus paucis cum socijs, quam dixerat Insulanam, à cognomine Generalis totius Ordinis Franciscani Ministri, Andrae de Insula, eujus suffulti Litteris, & Alphonsus, qui cæterorum Provincialis fuit consentientibus votis electus, & qui ei parebant, omnes duodecim numero, zelo, omnibusque conspicui virtutibus, iter capientes, hac illâ sedem pro nova locanda Provincia inquirentes, tot ubique offendebant disculrates, ut coacti fuerint in Mexicanam regredi, maximo religiosæ observantiae incremento, & Indorum quotidie in Fide proficiuntib; folatio.

73 Vertebarat interea annus 1554, & Religiosis, qui apud Goatemala Regnum agebant, egentibus auxilio Sociorum, ut copiam in horrea Dominica messem inferent; Noster ad id laboris oblatus sponte, atque a Prælatis Superioribus datus Sodalibus novem, arduam oppido viam inivit trecentis, ut minimum, leuis constantem, quas nudis omnino pedibus confecit, nibil ipse moratus asperitate, auditu etiam horrenda, montium, austrofuctuum, & scopulorum, aut fluviorum profunditate, Solis ardore, clymatumque intemperie, quies superatis omnibus Goatemalam pervenit, suamque ibi operam posuit, donec Mexicanum evocatus, iter pedes ipsum repetit, comitatus FRANCISCO

AL

GOMEZIO, ejusdem Instituti Professor, & Goatemalenfis Provincia Alumno, viro quidem Nostro simillimo. Sed ecce non ita multo post uterque jubentur à Commissario Novæ Hispaniæ anno 1562, rursus Goatemalæ se sistere, subsidium Ministris iterum allaturi: Pergunt eadem qua nuper venerant difficillimâ viâ, eodem preparati viatico, id est, nullo, victum mendicato semper querentes, sine calceis, baculo, aut galero, incredibiles perpessi labores, quousque Goatemalam venientes, illos exaltare ceperunt qui & Familiâ concernebant & Indos. Noster illorum ut posset confessiones audire, quamvis ferme septuaginta quinque annos natus, barbarum gentis idioma didicit, totoque sexcennio impigrè hoc in munere alijsque laboravit. Tandem Mexicanum revocatus, devexâ licet ætate, nihilo dissimilis sibi, toties repetitum iter eadem ad extrellum austeritate perfecit.

74 Minister Provincialis Mexicanæ Familiaj datus, mirum est quanto in gravissimâ annis ætate pro ejus regimine laboraverit: intravit illam totam, que vastissima est, nunquam rheda usus aut equo, sed pedibus nudis, remissaque minime austerissimâ itinerandi, quam nuper dicebamus ratione. Numerosum, cui præpositus erat, gregem heroycis virtutum exemplis efficacius longè quam verbis pasebat. Profecto, quas hæc tenus habuerat in delicijs

AL

virtutes, Superiori factus, funeri que proximus, minore nihilo diligenter fervoreque exercuit. Paupertati addictissimus, etiam Provincialis munere fungens, praeter Breviarium, duos tresve affecticos Libros, nihil secum habebat: habitum & vilissimo panno ipse sibi consuebat, lacerisque intus vestibus utebaratur, si tamen uestes dicendi sunt panni male consarcinati, nullaque tunica, quam subculæ loco cum induere posset, ipsa sibi paenitus interdixera: lectulus nulla super tabulam lodice instructus, in quo vix cubare dicendus, soloque obtegebatur pallio. Unica meridiana refedione contentus, nocturnæ supercedebat, Præsesque Provincie dum esset, ea hora qua Fratres in triclinium pro jentaculo conveniebant, ipse abstrusus in cella, verberibus se se acriter multis cruentabat: vino nisi aquâ mixto, aliquando dum iter ageret, Socijs ipsum urgentibus, utebatur nunquam.

3575 Feria quinta majoris heddomadæ, in patientis Servatoris nostri memoriam solenne habebat scapula pectoraque nudatis, & fune ad collum alligato, suggestum ascendere, ibique coram spectantium & audiencium multitudine Indorum, crudelissime flagellari, ac fusis ubertim lachrymas Iesu-Chrísti tragidiam dicens exponere. Eximum illi studium orandi, tanta equidem in Deum reverentia, ut horas Ca-

AL

nonicas in itinere persolvere detrectaverit, ipsasque dicturus substerit. Media perpetuò nocte priusquam æs campanum sonaret pro vocandis ad matutinas preces Sodalibus, ipse è lecto surgebat, aliosque quandoque excitabat. Vocali orationi adjiciebat mentalem, cum ea concubia noctis hora, tum etiam alijs, atque hac de causa mira gaudebat loca ab hominum frequentia remota, incolere, sedens quandoque in aspera collum, uni ut celestium contemplationi, castigationi corporis solus vacaret. Nec propterea commercium hominum recusabat, cum animarum saluti, quatum flagrantissimo astuabat zelo, congruebat. Ad aras semper devotissime operabatur, nec unquam nisi invitus à sacrificando abstinuit, deficientibus scilicet in itinere paramentis, aut simili præpeditus impedimento. Tot porro virtutibus cumulatum, alijs etiam charismatibus Deus conspicuum reddidit, ornavitque coeliolum lumine, quo arcana humani cordis vestigare, & loco remota intuiri non semel est visus, ut testibus exemplisque datis scribit accuratissimus TORQUEMADA, qui & in vivis agentem tractavit Alphonsum, ministraitque ipso in ultima senectute auxilio indigenti.

76 Id tamen præterendum non judicamus, quod cum Dei eximiam in suos Providentiam commendat, tum & spem acuit, & paupertatis professoribus pro

M

ea

AL

ea colenda stimulos addit. Scilicet Nostro, cum Provincialis esset, iter agente per asperos Zaca-lani montes, destitutoque viribus, & pene deficiente præ laitudine, inedia, atque disficultate; præreaque Socium interrogante, num cibi aliquid haberet in promptu, nihil secum ferre, ille reposuit, pro ut in mandatis acceperat ( juferat enim Alphonsus Socio, ne unquam viatici loco quidquam portaret, inhospita quamvis & latissime protracta loca essent peragratur ) statim vero se illis ignoratus homo præsentem dedit, qui panem una vasque plenum aqua ubi porrexit, illico evanuit, nescientibus illis unde emersisset, aut quod avolasset, Deoque mirabiliter pauperrimos enutriente, curante que eos qui suam in ipsius Providentia spem omnem reponunt. Traditur etiam, nec difficile est creditu, venientem è Guatemala Nostrum miserrimam Indam convenisse, lachrymis madidam super filiolum nuper mortuum defluentibus, quam ille solatus est verbis, moxque fusis ad Deum precibus impetrata pueruli vitâ, stupentibus qui aderant, Matrem præ gaudio gestientem dimisit.

77 Alijs parcimus, vocante jam nos Alphonsi obitu, quem, Deo revelante, præscivisse creditus est, quod in Maximum S. Francisci Cœnobium Mexicanum adveniens, querenti janitori ab eo, Quid hoc esset? concepitis verbis dixerit, instare prope funus.

N

AL

In Valetudinarium Religiosis definatum delatus, recusatisque mollibus lectuli tegumentis, quo erat indutus, habitu cubabit, totosque quinque aut sex dies venturum Dominum præstolatus, Ecclesiasticis Sacramentis munitus, orationibus longè protractis, fervidisque virtutum acibus animam egit 10 Mattij 1584 aetatis 88, è quibus 70 Deo in Ordine Franciscano egregie servierat, 52 in Nova Hispania Provincia S. Evangelii traductis, Indorum & Hispanorum, quos doctrina & exemplo informarat, eximijs quidem emolumentis. Cadaver magna quidem, & minime procurata frequentia, sepulturæ mandatum, concurrentibus ultrò multis ex omnibus Ordinibus Religiosis, ipsorumque Prælatis humeros retrecto supponentibus, & circumfusâ populi multitudine, quorum tanta erat omnium adversus defunctum reverentia, ut certatim ambicerint tumulum, atque in frustâ partitum habitum surripuerint, tanto quidem conatu, ut cum tortium id fieret, veriti Superioris confusione & murmur, jussent nudum terræ mandari corpus, quod & si illa obrutum & calcatum, tertio post die inventum est tractabile penitus, & minime lœsum, aut odore grave, tumque, ut par erat, mortalibus convestitum linteis, & rufus inclusum.

78 Vitam ejus scripsere ci-tatus TORQUEMADA in Monar-chia

elia Indica tom. 3 lib. 20. cap. 48. usque ad. 51. BETANCURT in Menologio Franciscano Provinciae sua die 10. Martij. UVADIN-GUS. p. 14. ARCTURUS in Martyrologio Franciscano 10 Martij. GON-ZAGA. p. 4. fol. 1240. quibus accedunt ejus memores JOANNES A S. ANTONIO in Bibliotheca Franciscana l. 1. p. 43. FERNANDEZ Dominicanus in Historia Ecclesiastica nostri temporis lib. 11. cap. 13. ANTONIUS DE LEON PINELLO. in Bibliotheca Occidentali nuper aucta col. 720. GRAVINA item Dominicanus in Voca Tur-turis part. 2. p. 214. penes quos fere omnes scriptas à Nostro habes

*Conciones Evangelicas idiomate Mexicanæ. in Guatemalese possea translatas.*

*Commentaria in Decalogi precipia.* Alia vero, quæ NICOLAUS ANTONIUS adjunxit Opera, ALPHONSO à Molina debent adjudicari, haberique præ oculis Nicolaum ex duobus Alphonsis unum fecisse, deviasseque à veto; contendente ESCALONAM ET MOLINAM unum fuisse hominem quæ in duos Scriptores alij secaverint. Molina siquidem puer in Americanam nostram adactus, Mexici studijs incubuit, Religionique Franciscanæ nomen dedit; Elcalona alibi, ut diximus, litteras & Institutum est amplexatus, oras que nostras legit post quam totos antea annos viginti religiosam vitam duxerat in Hispania: Ille denatus est 31. Martij 1558. hic

1558. huc

& die & anno longe alijs: Et ne Solem facibus adjuvemus, sat fuerit legere & TORQUEMADAM, ET BETANCURTUM utriusque Vitas Alphonsi texentes, Escalonæ, quo supra insinuavimus loco; Molina vero Torquemadam tomo codem & libro, alt' alio capitè, scilicet 59: Betancurtium in Menologio ad diem Martij 31.

+ 79 D. ALPHONSTUS DE ESPINOSA ET CENTENO, Natione Mexicanus, in Americae Insulâ Jamaica natus est. Doctorem ipsum nominant ANTONIUS DE LEONE in Bibliotheca Occidentali aucta col. 585. Itemque JOANNES DIES DE LA CALLE in suis Indiarum monumentis fol. 12. & 15. in ejusdem Insulæ descriptione; qui scripsisse tradunt  
Supplicem Libellum: Seu potius, ut conjicimus ex his quæ Pinelus subjicit, Monumenta Descriptionemque Patriæ, quam & si Calle dicat typis excusam, locum editionis & annum reticerit, forteque opus prodij circa annum 1645 quo Acta ab Regio Dominicopolis Auditorio missa dicit ad supremum Indiarum Consilium, Nostrî simul & ejus Operis mentionem habens.

80 FR. ALPHONSTUS DE ESPINOSA, Natione Mexicanus, ortus est Antequera, quæ Urbs Primaaria est Vallis Goaxacensis, & universæ Provinciae nomen fecit: Parentes habuit nobili fatos sanguine Hispanos Damianum Sanchez de Espinosa, ex Illustri de los

Mon-

Montros nuncupata familia ducentem originem, & Agnetem de Sosla clara etiam stirpe Feminam, cives Antequerenses, ex quo patrum in Alturibus solum mutare in Americanum voluere conquitendarum gratiâ opum, quas & sibi polliciti fuerant in Regionibus prædiviribus, & faciliter coacervarunt negotio, ut pro inde remeare cogitaverint & Patriam repeteret. Alphonsum primis litterarum rudimentis instratum secum duxerunt, qui eo tempore quo genitores Toleti constitere grammaticam inibi didicit: ubi vero Asturum montana incolere illis arrisit, non ita juveni, qui pro suo illa genio neutriquam futura conjectabat, bona Parentum venia discessit, haud exigua donatus substantia portione, nataliam quæ siturus terram atque in ipsa degentes propinquos. Se illis junxit annos natus circiter 17. cogitareque occipit mundi pericula, meditarique æterna, ac subinde caducis valedicens omnibus, Deo ut tutius inserviret atque ferentius, Ordinem Prædicatorum amplexatus est in Conventu Antequerensi Provinciae S. Hippolyti Martyris, in quo, exacto præfervide tyrocinio, Religiosis ex animo suffragantibus, votis demum se adstrinxit. Latine cùm sciret, statim audienda Philosophia, & hac absolutâ, Theologia, Superiorum iustione applicatus, Cutsus exegit solitos pro his qui docturi alios sunt, vel

1558.

in Scholarum palestris, vel è sacro suggestu in Templis. Multis ille progressibus in litteris auctus & in virtutibus pro capessendo Sacerdotio, auguratus eo fuit, & cum modestia comitatem & humanitatem sociaret eximiam, & adjuvandi Proximos, in primis Indos, studium singulare, huic à Prelatis ministerio fuit destinatus, quo ut fungeretur, Zaapotecarum imbibit idioma non absque labore conatuque insignibus, similiter adlaborans ut ritus, ceremonias, & antiqua superstitiones gentis instituta dignosceret.

81 His paratus armis, egregioque potissimum Dei gloria & animarum salutis zelo, mirum est quanta pro illis fecerit & pertulerit. Incolit Zaapotecana gens, cui instruendæ Minister datus fuerat, montes oppido asperos, locaque multis difficillima mæandris atque vastissima, in quibus subinde spelæ plura, magnitudine horrida, tenebris foeda, & saltibus circumscpta, Hispanis ferme in via, in quibus idolorum cultores, qui non ita pridem Ecclesiæ se adjunixerant, non quidem omnes, sed multi tamen, mali dæmonis suafu, opportuna colendis ejusdem simulacris invenientes latibula, turpissime in abjurata relapsi nefaria sacra, illis abutebantur. Nolter, quæ concionibus præfervide habitis & sepissime ad Indos, quæ mansuetudine & amore omniq[ue] beneficiorum genere in ipsis effusus, sic eorum aliquos

N 2

quos emollivit, ut saepius convenientes ipsum secreto, hæc apereuerint, conscientia & præteritorum odio jam ducti. Hæc ubi ille reficiebat, multis apud Deum precipibus cum alias, tum validius ingeminatis dum operaretur ad aras, seductarum remedium animarum solicitabat, coelestique communis robore, multos secum defens r Indos, ejusdem forsitan participes criminis, ipsorum nunquam metu perterritus, indicata sibi antea ut tandem inveniret atque lustraret, ardua quæque arripiebat itinera, nullique diligentia parcerbat quo usque illuc accederet. Porro molientem ista pluries tot unum & inermem criminosi circuminxerunt, ut aperto verlatur in discriminé vita, quod tam Dei Fide zeloque obarmatus contempnit semper, & quandoque mille inter Indos impavidus, speluncas ingressus, idola offendit, magnasque pro nefarijs sacrificijs rerum sarcinas, quæ omnia extrahi jussit, & ingenti cremari rogo, multis ex proximo nemore lignorum fascibus ad id traductis, operis adstantium & humeris. Quod vero pœnitentiam delusa à cocodamone gentis quarebat, deductis in vicinas Colonias sceleratis hominibus, & ipsos & ceteros in Ecclesiâ convenientes arguebat concionibus, instruebat, agebatque multis, ut totius vitae Confessione sacra, Cœmunione, & alijs Christianis officijs, se expiatent, relapsusque caverent.

zorip

accur-

82 Ad hæc, & pueris lustribus aquis tingendis, & nonnumquam adultis operam dare, paterna omnes charitate fovere, adesse ipsis in calamitatibus in more habuit. Sanè egregijs exaltantis laboribus, de cunctis illius Nationis Populis benemeritus, ipsi continuo Parochus datus, Convictibus etiam præfuit Religiosorum Vicarius Provincialis. Hæc cum Provinciæ Patres animadverterent, Alphonsumque gradu Prædicatoris Generalis jure donatum, Comitijs pro eligendo Provinciali indictis, hoc illi munus ultrò detulerant, cui tamen se ipse subduxir, agens ut alium, qui dignissimus erat, assumerent. Ipse in Oppido Eral Cœnobij Prælatus, attritus laboribus, biennio languens, morti, quam non longè præsentiebat distantem, se accinxir, cellæ inclusus, orationi insitens, alijsque exercitationibus pijs, quies ut vacaret, à colloquijs & commercio abstinebat humano: sacra ferme quoridie confessione purgabat animam, ad Aras faciebat madidus lachrymis, & si quando valetudine impediretur sacrificare, paefebat se tamen Eucharistico epulo, quod demum ut pro Viatico acciperet, generali conscientia expiatione præventus fuit.

83 Decumbebat quidem viribus destitutus, sed venientem, qui delitescit in specie panis, Servatorem excepturus, habitum induit, & ad cellæ januam obviam

accurrentis, Centurionis verba, Domine non sum dignus, repetebat ex animo. In genua pro voluntate, extensis amoris & demissionis actus tanto ingeminabat fervore & laetacrymarum impetu, ut & Religiosos & qui aderant Indos suos ad familiæ provocaret exemplo. Et quamvis sumptu Viatico, convalecere multis sit visus, neutriquam sibi, captam pro morte præparationem hanc intermitte, imo, quod quadragenarij tempus Jejunij succederet, ferventius & alacrius urgenti, quo usque ad diem Cenæ Dominicæ, ipsa devotissimè sumpta, & quæ proxima sequitur die historiæ patientis JESU similiter auditæ, Sabbaro demum quievit in Domino, cum ipsis, ut p[ro]i credunt, surrecturus magnâ cum gloria, effusa inter Ecclesiæ gaudia de reditivo Christo, die secunda Aprilis anno 1616 etatis 54, religiosæ professionis 35. Vitam ejus suse describit M. FRANCISCUS DE BURGOA, in Chronicis Provinciae sua Dominicanorum de Goaxaca, quies titulus Palestina historialis tom. 1. cap. 32. & sequentibus, Scriptis (pro ut habemus ex missa ad nos notitia Scriptorum ejusdem Provinciæ) hispano sermone.

*Historicam narrationem multorum, quæ ad Dei gloriam & Indorum Nationis Zapotecarum salutem, evenere, detectis idolis, eorumque cultoribus profugatis.*

Aſervatur MSS in Tabulario Antequerensis Cœnobij Dominicanis

cani, citatusque BURGOA non nulla inde in Historiam suam Vtamque infuerit Noſtri.

-84 FR. ALPHONSIUS DE ESPINOSA, Natione Mexicanus, & Patria Dominicopolensis, si verum haber quod de ipso scribit AEGIDIUS GONZALEZ DAVID, in Theatro Ecclesiæ Inſula Hispaniolæ, que primatum agit America Mexicana, seu Septentrionalis, qua in Inſula natum fuiscellatur, si vero cunabula ei Complutum præbuerit, ut MARIETA placuit, & cuncti post ipsum NICOLAO ANTONIO in Bibliothecâ Hispania nova, Natione quidem Patriaque Hispanus, Domicilio tamen Mexicanus, quod ad unum omnes de eo memoriam facientes habuisse concedunt apud Goatemalenses, in Provincia Dominicana jam pridem inibi florentissima: An in ea Prædicatorum amplexatus sit Institutum, ut ipse NICOLAUS ANTONIUS tenet cum suo MARIETA, an potius in Provincia Baticæ, ut arrisit Dominicanis ALTAMURE ET FERNANDEZI res est in ancipi, qua de sententiam ferre noluere Critici Doctores Scriptorum Ordinis Prædicatorum ad annum 1541. hunc illamque nodum nobis exvolendum linentes: qui tamen, ut est, implicatum, alijs remittimus, instrumenta forsitan ad manus habutris pro eo vel extricando, vel etiam rumpendo. Id unum ad notare non piget, arduum nobis videi AEGIDIUM GONZALEZ DA-

VILAM tam fuisse delusum, aut eos à quibus noticias fuit mutuatus pro Historia Hispaniolæ texenda tam cæcos exitisse aut mendaces, ut in unico, quem ex ibi natus laudat, Scriptore, ESPINOSA, turpissimè critaverint. Accedit, facilissimo quidem negotio capi Alphonsi ad Fortunatarum Primariam Insulam navigationem, qua de NICOLAUS ANTONIUS non ambigit, ipsum aliquoque movente, quem mox dicemus Libro de Imagine Deiparentis in ea Insula fatis insigni, si in Hispaniola natus dicatur minus à Fortunatis diffusa, quam si Compluti ortum, aut rectâ in ipas, aut quod accivius multo, in Goatemalam prius navigasse credamus, rursus que illas, superato Oceano, petijsse. Quod ad Scripta attinet, hac illi a critisis Nicolao & Criticis Gallis alijsque tribuuntur hispano idiomate concinnata.

*De origine & miraculis Imaginis Deiparentis, de Candelaria nuncupata. 1541. in octavo.*

*Psalmus XLII. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum hispanis carminibus traditus, pro cuius editione facultatem à Regio Senatu petijsse ijdem testantur, an autem ediderit hactenus ignoramus.*

*Commentarius in Psalmum XLIV: Eructavit cor meum verbum bonum, de quo nil præterea ijdem Doctores tradunt aut Agydius Gonzalez, indicantes certe esse MSS.*

85 P. ALPHONSUS FERNANDEZ, Natione Mexicanus, Societatis JE-

SU Vexillum in hac Novæ Hispaniæ Provinciâ secutus, in Maximo SS. AA. Petri & Pauli Collegio Rhetoricam professus, scriptam reliquit, quæ extat in Libris similis Argumenti multa complectentibus, atque in Bibliotheca dicti Collegij aſervato, idiomate patrio.

*Concertationem poeticanam, Iesum puerum Narcisi symbolo adumbratum Musarum cultoribus exponentem;* anno 1690. in folio.

*Pro Rhetorica addiscenda Artem,* quam MSS. penes se retinebat D. D. Nicolaus de Estrada, Medicinæ Professor, ejus Discipulus.

86 D. ALPHONSUS FERNANDEZ OSSORIO, Natione Mexicanus, primam Mexici lucem asperit, illustriorem redditurus Patriam eximijs plane litteris & pulcherrimis: In ejusdem Universitate Medicinam professus, Doctoratus que redimitus insignibus, Cathedras rexit discipulorum utilitati imprimis attentus, Sapientum que judicio virorum probatus Philosophiam è suggestu postquam tradiderat, ad Primarium Medicinæ traductus, perpetuus Antecellor est renunciatus. Hanc ita ipsa facultatem excoluit, ut cùm nulli in ea esset secundus, in alijs ita porrò floruerit, ut scribere non dubitaverit gravissimus Magister P. ANDREAS DE VALENCIA, Primarius Sacrae Theologiae Moderator in Collegio Maximo Societatis JESU Mexico, Censor Operis mox dicendi, merito dici pos-

fc. Musarum filium, ut Aristophanes quondam audijt, omnigenâ & exquisitâ quod polleret eruditione, adjicique citra injuriam valere, Suadæ parentem humanioribus litteris excultissimum, nullique hinc non notum, similiter & à Medicâ scientiâ, cujus ob peritiam Aſculapio simillimum Andreas illum ipfe commendat. Eum id circa sibi a salute elegit Excelleſtissimus D. D. JOANNES DE PALAFOX, Mexicanus clavum Regni vice Catholici Regis tenens, Antillesque electus Ecclesiæ Metropolitanæ. Cùm item Decessoris sui optimi, Illustrissimi D. FELICIANI DE LA VEGA, funus amplissimâ pompa instaurare decrevit, latine dicere Alphonsum julſit (ut moris est Nostrum in Principi & Magnatū justis) qui vespertino tempore coram frequenter & gravissimâ omnium ordinum aſtentium corona egregias defuncti virtutes tornata ad Rhetorum normam oratione complexus est. Senatus quoque Academicus iussu pro studiorum instaurazione non semel, & semper plaudentibus auditoribus sapientissimis, publicè oravit: lusuris in honorem intemerata Virginis Conceptionis Poctis festivam Concertationem Palestrita designatus est, argumentum qui daret, poliſtissimisque ſcriptionibus cuncta diſponeret, atque id genus operas amoenissimas fauſtis ſibi Muſis, nec invitâ Minervâ multas conſecrati Gravioribus pro institu-

to & munere incumbens, utilifimos rci. Medice Tractatus scriptis, discipulisque dictavit è Caſthædra, à quibus, in alios & alios transcriptionibus propagati, post multos etiam annos uſi fuisse Scholasticis & alijs Apollineæ Facultatis Professoribus Author est Plaza in Chronicis Universitatis lib. 4. c. 29. ubi & hominis Opuscula & elegia habet. Ex ijs vidiſmus apud amici nostri D. Ludovici de Mendoza Bibliothecam.

*Tractatum de differentijs, causis, signis, & alijs circumstantijs crismi.* in quarto. Scriptum anno 1650. Extat in tomo cui titulus: *Variorum.*

Præter mox dictos idiomatica latino ineditos, scriptis & edidit.

*Orationem funebrem ad posthumam parentationem Illm. D. D. Feliciani de la Vega Archiepiscopi Mexicanus.* Mexici, ex Typographia Joannis Ruiz anno 1642. in quarto. Habetur t. 29 Collectionis noſtræ.

Hispano sermone dedit Enarrationem brevem solennissima pompa, qua in Ecclesiæ Metropolitanam Mexicæ elatum fuit corpus Illm. D.D. Feliciani de la Vega, ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopi, pridem in itinere ad ipsam denati. Mexici, Formis Joannis Ruiz 1642. in quarto. Extat in tomo mox dicto noſtræ Collect.

In hac narratione quoniā Poemata in elogium Feliciani à varijs cōpoſitora exponit; ex illis quoq; proprio ipfe Matte latine ſcriptis, ſequens placuit Epigramma hic transcribere in ſpecimen numinis